

# Folium officiale dioecesis Lavantinae.

## Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

### Kirchliches Verordnungsblatt für die Lavanter Diözese.

**Inhalt.** 50. Canones novi Codicis iuris canonici de approbatione et prohibitione librorum. — 51. Gesetz vom 28. März 1918, R. G. Bl. Nr. 115, mit welchem Erhöhungen des Minimaleinkommens und der Ruhegehälter der katholischen Seelsorger sowie des Minimaleinkommens der Dignitären und Kanoniker bei den Metropolitan-, Kathedral- und Konkathedralkapiteln der katholischen Kirche des lateinischen, griechischen und armenischen Ritus festgestellt werden. — 52. Gesetz vom 31.

März 1918, R. G. Bl. Nr. 128, über die Todeserklärung von in dem gegenwärtigen Kriege Vermissten. — 53. Gesetz vom 31. März 1918, R. G. Bl. Nr. 129, über Änderungen des Gesetzes vom 16. Februar 1883, R. G. Bl. Nr. 20, betreffend das Verfahren zum Zwecke der Todeserklärung und der Beweisführung des Todes. — 54. St. Petrus Claver-Sodalität. — 55. Diözesan-Nachrichten.

#### 50.

### Canones novi Codicis iuris canonici de approbatione et prohibitione librorum.

#### Titulus XXIII. De praevia censura librorum eorumque prohibitione.

Can. 1384. § 1. Ecclesiae est ius exigendi, ne libros, quos ipsa iudicio suo antea non recognoverit, fideles edant, et a quibusvis editos ex iusta causa prohibendi. — § 2. Quae sub hoc titulo de libris praescribuntur, publicationibus diariis, periodicis et aliis editis scriptis quibuslibet applicentur, nisi aliud constet.

##### Caput I. De praevia librorum censura.

Can. 1385. § 1. Nisi censura ecclesiastica praecesserit, ne edantur etiam a laicis: 1.<sup>o</sup> Libri sacrarum Scripturarum vel eorundem adnotationes et commentaria; 2.<sup>o</sup> Libri, qui divinas Scripturas, sacram theologiam, historiam ecclesiasticam, ius canonicum, theologiam naturalem, ethicen aliasve huiusmodi religiosas ac morales disciplinas spectant; libri ac libelli precum, devotionis vel doctrinae institutionisque religiosae, moralis, asceticae, mysticae aliique huiusmodi, quamvis ad fovendam pietatem conducere videantur; ac generaliter scripta, in quibus aliquid sit quod religionis ac morum honestatis peculiariter intersit; 3.<sup>o</sup> Imagines sacrae quovis modo imprimendae, sive preces adiunctas habeant, sive sine illis edantur.

§ 2. Licentiam edendi libros et imagines de quibus in § 1, dare potest vel loci Ordinarius proprius auctoris, vel Ordinarius loci, in quo libri vel imagines publici iuris fiant, vel Ordinarius loci, in quo imprimantur, ita tamen, si quis ex iis Ordinariis licentiam denegaverit, eam ab alio Ordinario petere auctor nequeat, nisi eundem certiore fecerit de denegata ab alio licentia. — § 3. Religiosi vero licentiam quoque sui Superioris maioris antea consequi debent.

Can. 1386. § 1. Vetantur clerici saeculares sine consensu suorum Ordinarios, religiosi vero sine licentia sui Superioris maioris et Ordinarii loci, libros quoque, qui de rebus profanis tractent, edere, et in diariis, foliis vel libellis periodicis scribere vel eadem moderari. — § 2. In diariis vero, foliis vel libellis periodicis, qui religionem catholicam aut bonos mores impetere solent, nec laici catholici quidpiam conscribant, nisi iusta ac rationabili causa suadente, ab Ordinario loci probata.

Can. 1387. Quae ad causas beatificationum et canonizationum Servorum Dei quoquo modo pertinent, sine licentia Sacrorum Rituum Congregationis edi nequeunt.

Can. 1388. § 1. Indulgentiarum libri omnes, summaria, libelli, folia etc., in quibus earum concessionibus continentur, ne edantur sine licentia Ordinarii loci. — § 2. Requiritur vero expressa licentia Sedis Apostolicae ut typis edere liceat, quovis idiomate, tum collectionem authenticam precum piorumque operum, quibus Sedes Apostolica indulgentias annexuit, tum elenchum indulgentiarum apostolicarum, tum summarium indulgentiarum vel antea collectum, sed nunquam approbatum, vel nunc primum ex diversis concessionibus colligendum.

Can. 1389. Collectiones decretorum Romanarum Congregationum rursus edi nequeunt, nisi impetrata prius licentia et servatis conditionibus a Moderatoribus uniuscuiusque Congregationis praescriptis.

Can. 1390. In edendis libris liturgicis eorumque partibus, itemque litanis a Sancta Sede approbatis, debet

de concordantia cum editionibus approbatis constare ex attestazione Ordinarii loci, in quo imprimuntur aut publici iuris fiunt.

Can. 1391. Versiones sacrarum Scripturarum in linguam vernaculam typis imprimi nequeunt, nisi sint a Sede Apostolica probatae, aut nisi edantur sub vigilantia Episcoporum et cum adnotationibus praecipue excerptis ex sanctis Ecclesiae Patribus atque ex doctis catholicisque scriptoribus.

Can. 1392. § 1. Approbatio textus originalis alicuius operis, neque eiusdem in aliam linguam translationibus neque aliis editionibus suffragatur; quare et translationes et novae editiones operis approbati nova approbatione communi debent. — § 2. Excerpta e periodicis capita seorsim edita novae editiones non censentur nec proinde nova approbatione indigent.

Can. 1393. § 1. In universis Curiis episcopalibus censores ex officio adsint, qui edenda cognoscant. — § 2. Examinatores in suo obeundo officio, omni personarum acceptione deposita, tantummodo prae oculis habeant Ecclesiae dogmata et communem catholicorum doctrinam, quae Conciliorum generalium decretis aut Sedis Apostolicae constitutionibus seu praescriptionibus atque probatorum doctorum consensu continetur. — § 3. Censores ex utroque clero eligantur aetate, eruditione, prudentia commendati, qui in doctrinis probandis improbandisque medio tutoque itinere eant.

§ 4. Censor sententiam scripto dare debet. Quae si faverit, Ordinarius potestatem edendi faciat, cui tamen praeponatur censoris iudicium, inscripto eius nomine. Extraordinariis tantum in adiunctis ac perquam raro, prudenti Ordinarii arbitrio, censoris mentio omitti poterit. — § 5. Auctoribus censoris nomen pateat nunquam, antequam hic faventem sententiam ediderit.

Can. 1394. § 1. Licentia, qua Ordinarius potestatem edendi facit, in scriptis concedatur, in principio aut in fine libri, folii vel imaginis imprimenda, expresso nomine concedentis itemque loco et tempore concessionis. — § 2. Si vero licentia deneganda videatur, roganti auctori, nisi gravis causa aliud exigat, rationes indicentur.

### *Caput II. De prohibitione librorum.*

Can. 1395. § 1. Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis. — § 2. Ab hac prohibitione datur ad Sanctam Sedem recursus, non tamen in suspensivo. — § 3. Etiam Abbas monasterii sui iuris et supremus religionis clericalis exemptae Moderator, cum suo Capitulo vel Consilio, potest libros ex iusta causa suis subditis prohibere; idemque, si periculum sit in mora, possunt alii Superiores maiores cum proprio Consilio, ea

tamen lege, ut rem quantocius deferant ad supremum Moderatorem.

Can. 1396. Libri ab Apostolica Sede damnati ubique locorum et in quodeunque vertantur idioma prohibiti censentur.

Can. 1397. § 1. Omnium fidelium est, maxime clericorum et in dignitate ecclesiastica constitutorum eorumque qui doctrina praecellant, libros quos perniciosos iudicaverint, ad locorum Ordinarios aut ad Apostolicam Sedem deferre; id autem peculiari titulo pertinet ad Legatos Sanctae Sedis, locorum Ordinarios, atque Rectores Universitatum catholicarum. — § 2. Expediit, ut in pravorum librorum denuntiatione non solum libri inscriptio indicetur; sed etiam, quantum fieri potest, causae exponantur, cur liber prohibendus existimetur.

§ 3. Iis ad quos denuntiatio defertur, sanctum esto denuntiantium nomina secreta servare. — § 4. Locorum Ordinarii per se aut, ubi opus fuerit, per sacerdotes idoneos vigilent in libros, qui in proprio territorio edantur aut venales prostent. — § 5. Libros, qui subtilius examen exigant vel de quibus ad salutarem effectum consequendum supremae auctoritatis sententia requiri videatur, ad Apostolicae Sedis iudicium Ordinarii deferant.

Can. 1398. § 1. Prohibitio librorum id efficit, ut liber sine debita licentia nec edi, nec legi, nec retineri, nec vendi, nec in aliam linguam verti, nec ullo modo cum aliis communicari possit. — § 2. Liber quoquo modo prohibitus rursus in lucem edi nequit, nisi, factis correctionibus, licentiam is dederit, qui librum prohibuerat eiusve Superior vel successor.

Can. 1399. Ipso iure prohibentur: 1.<sup>o</sup> Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis quibuslibet publicatae; itemque eiusdem versiones in quamvis linguam, ab eisdem confectae vel editae; 2.<sup>o</sup> Libri quorumvis scriptorum, haeresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta quoquo modo evertere nitentes; 3.<sup>o</sup> Libri, qui religionem aut bonos mores, data opera, impetunt; 4.<sup>o</sup> Libri quorumvis acatholicorum, qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in eis contra fidem catholicam contineri; 5.<sup>o</sup> Libri, de quibus in can. 1385, § 1, n. 1 et can. 1391; itemque ex illis, de quibus in cit. can. 1385, § 1, n. 2, libri ac libelli, qui novas apparitiones, revelationes, visiones, prophetias, miracula enarrant, vel qui novas inducunt devotiones, etiam sub praetextu quod sint privatae, si editi fuerint non servatis canonum praescriptionibus;

6.<sup>o</sup> Libri, qui quodlibet ex catholicis dogmatibus impugnant vel derident, qui errores ab Apostolica Sede proscriptos tuentur, qui cultui divino detrahunt, qui disciplinam ecclesiasticam evertere contendunt, et qui data opera ecclesiasticam hierarchiam, aut statum clericalem

vel religiosum probris afficiunt; 7.<sup>o</sup> Libri, qui cuiusvis generis superstitionem, sortilegia, divinationem, magiam, evocationem spirituum, aliaque id genus docent vel commendant; 8 Libri, qui duellum vel suicidium, vel divortium licita statuunt, qui de sectis massonicis vel aliis eiusdem generis societatibus agentes, eas utiles et non perniciosas Ecclesiae et civili societati esse contendunt; 9.<sup>o</sup> Libri, qui res lascivas seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent; 10.<sup>o</sup> Editiones librorum liturgicorum a Sede Apostolica approbatorum, in quibus quidpiam immutatum fuerit, ita ut cum authenticis editionibus a Sancta Sede approbatis non congruant; 11.<sup>o</sup> Libri, quibus divulgantur indulgentiae apocryphae vel a Sancta Sede proscriptae aut revocatae; 12.<sup>o</sup> Imagines quoquo modo impressae Domini Nostri Iesu Christi, Beatae Mariae Virginis, Angelorum atque Sanctorum vel aliorum Servorum Dei ab Ecclesiae sensu et decretis alienae.

Can. 1400. Usus librorum, de quibus in can. 1399, n. 1, ac librorum editorum contra praescriptum can. 1391, iis dumtaxat permittitur, qui studiis theologicis vel biblicis quovis modo operam dant, dummodo iidem libri fideliter et integre editi sint neque impugnentur in eorum prolegomenis aut adnotationibus catholicae fidei dogmata.

Can. 1401. S. R. E. Cardinales, Episcopi, etiam titulares, aliique Ordinarii, necessariis adhibitis cautelis, ecclesiastica librorum prohibitione non adstringuntur.

Can. 1402. § 1. Ordinarii licentiam, ad libros quod attinet ipso iure vel decreto Sedis Apostolicae prohibitos, concedere suis subditis valent pro singulis tantum libris atque in casibus dumtaxat urgentibus. — § 2. Quod si generalem a Sede Apostolica facultatem impetraverint suis subditis permittendi, ut libros proscriptos retineant ac legant, eam nonnisi cum delectu et iusta ac rationabili causa concedant.

Can. 1403. § 1. Qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet a suis Ordinariis proscriptos, nisi in apostolico indulto expressa iisdem facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuslibet damnatos. — § 2. Insuper gravi praeecepto tenentur libros prohibitos ita custodiendi, ut hi ad aliorum manus non perveniant.

Can. 1404. Librorum venditores libros de obscenis ex professo tractantes ne vendant, commovent, retineant; ceteros prohibitos venales ne habeant, nisi debitam licentiam a Sede Apostolica impetraverint, neve cuiquam vendant, nisi prudenter existimare possint ab emptore legitimi peti.

Can. 1405. § 1. Licentia a quovis obtenta nullo modo quis eximitur a prohibitione iuris naturalis legendi libros, qui ipsi proximum spirituale periculum praestant. — § 2. Ordinarii locorum aliique curam animarum

habentes opportune moneant fideles de periculo et damno lectionis librorum pravorum, praesertim prohibitorum.

\* \* \*

Praedictos sacros canones sacerdotes et saeculares et regulares bene discant accurateque observent! Praesertim monemus cunctos, ad quos attinet, sacerdotes et religiosos, ut *novo praescripto* canonis 1386. § 1, quo *vetantur clerici saeculares sine consensu suorum Ordinariorum, religiosi vero sine licentia sui Superioris maioris et Ordinarii loci, libros quoque, qui de rebus profanis tractent, edere et in diariis, foliis vel libellis periodicis scribere vel eadem moderari*, obsequium praestent *necessariumque sui Ordinarii consensum*, quamprimum sibi comparent. Quae obligatio urget inde a die 19. Maii 1918.

Doceantur quoque fideles, iuxta Can. 1386. § 2 nec laicis catholicis licitum esse in diariis, foliis vel libellis periodicis, qui religionem catholicam aut bonos mores impetere solent, quidpiam conscribere, nisi iusta ac rationabili causa suadente, ab Ordinario loci probata.

Item relate ad tenorem canonis 1405. § 2 praecipimus animarum curatoribus, specialiter ergo parochis, ut opportune moneant fideles de periculo damnoque lectionis librorum pravorum et perniciosarum ephemeridum; pervigilent praeterea omni studio, ne libri perversi pravaeque ephemerides in parochia diffundantur, habeantur et legantur.

Memnisse iuvat constitutionis synodalis *de libris prohibitis deque approbatione et editione librorum*,<sup>1</sup> qua statuimus: Nulli ex ordine clericali licet imprimere vel imprimendos tradere quosvis libros de Bibliis, dogmatibus, morali christiana et disciplina ecclesiastica tractantes, quin prius examinati atque probati fuerint ab Ordinario; idem valet etiam de laicis auctoribus; insuper quemlibet clericum hortamur ad subiiciendos eidem examini alios *cuiusvis* argumenti libros, quos intenderit ipse typis mandare, ne incaute sibi noceat aut religioni.<sup>2</sup> — Ea, quae tunc modo hortationis proposuimus, nunc Ecclesiae praeepta sunt.

Nos indesinenter muneris Nostri esse duximus, omni oblata occasione animos sacerdotum convertere ad bona folia bonosque libros promovendos ac propagandos, malos vero a populo pro viribus arcendos. Quapropter non possumus non revocare in memoriam diligentique studio commendare *constitutiones synodales*<sup>3</sup> *litterasque pa-*

<sup>1</sup> Gesta et statuta Syn. dioec. Lavant. anno 1896 celebratae Marburgi, 1897. Pagg. 237—258. — <sup>2</sup> Idem. Pag. 243.

<sup>3</sup> Gesta et statuta Syn. dioec. Lavant. anno 1896 celebratae. Marburgi, 1897. Cap. I. De fide catholica servanda eiusque tuendae cura. Pagg. 202, 203. Cap. II. De clericorum circa res politicas agendi ratione. Pagg. 209, 210. Cap. V. De agendi ratione circa ephemerides. Pagg. 258—263. — Actiones et constitutiones Syn.

*storales*,<sup>1</sup> quae de libris sacris atque profanis, de magna bonorum librorum et foliorum utilitate simulque de gravissimo periculo lectionis malorum librorum pravarumque ephemeridum, de modo agendi circa libros et ephemerides fuse tractant omniaque scitu necessaria praeclare dilucidant.

dioec. Lavant. anno 1900 peractae. Marburgi, 1901. Cap. XLVII. De vita et honestate clericorum. Pag. 471. — Eccles. Lav. Syn. dioec. anno 1903 coadunata. Marburgi, 1904. Cap. LXI. De lectione sacrae Scripturae in genere et speciatim in linguis vernaculis. Pagg. 170—198. Cap. LXV. De democratia christiana. Pag. 253. Cap. LXXVI. De organisatione catholica. Pagg. 260—262. alin. 6. Cap. LXXXVI. De sacris imaginibus. Pagg. 567—573. Cap. LXXXIX. De bibliotheca dioecesis. Pagg. 846—851. Cap. C. De bibliothecis parochialibus. Pagg. 851—857. — Syn. dioec. Lav. anno 1906 concita. Marburgi, 1907. Cap. CVIII. De studiis sacrae Scripturae. Pagg. 188—207. Cap. CIX. De familia christiana. Pag. 216. Cap. CX. De practica sociali operatione sacerdotis catholici. Pagg. 224, 225. Cap. CXVI. De utilitate ac necessitate bonorum diariorum. Pagg. 325—335. Cap. CXXXIII. De publica sacerdotum vita. Pagg. 517, 518. — Operationes et constitutiones Syn. dioec. Lav. anno 1911 congregatae. Marburgi, 1912. Cap. CLII. De organisatione institutionis populi christianae. Pagg. 306—308. Cap. CLIX. De mediis contra impraesentiarum palam grassantem immoralitatem. Pagg. 450—454, 459.

<sup>1</sup> Dr. Michael Napotnik, Send- und Lehrschreiben. Marburg, 1911. Pagg. 101—121. — Dr. Mihael Napotnik, Pastirski listi. V

Neque praetereundum esse arbitramur, quin moneamus Clerum, ut *societati s. Victorini*, bonorum librorum et foliorum propagandorum ergo conditae in Synodo dioecesis Lavantina anno 1906 celebrata, benigne faveat praesidiisque sublevet. Occasione institutionis dilaudatae societatis publicata est constitutio de utilitate et necessitate bonorum diariorum, quam conclusimus gravibus verbis: Denique non possumus non obsecrare in Domino primo moderatores societatis typographicae et foliorum, ut unitis consiliis deliberent vias et modos, quibus bonae ephemerides, folia et libri in omnes pagos et vicus remotissimos propagari possint, deinde omnes sacerdotes, ut in illis propagandis atque populo commendandis moderatoribus adiutricem opem praebeant simulque populo tum ipsi tum per probatas personas invigilent, ne perniciosi libri, libelli et pravae ephemerides occulte illis insinuentur.

*Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam, quae praecipimus, et facitis et facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei et patientia Christi!* (II. Thess. 3, 4. 5).<sup>2</sup>

Mariboru, 1906. Pagg. 14, 97, 98, 190, 712, 713, 729. — Idem, Druga knjiga. V Mariboru, 1916. Pag. 226.

<sup>2</sup> Synodus dioec. Lav. anno 1906 concita. Marburgi, 1907. Pag. 332.

## 51.

### Gesetz vom 28. März 1918, R. G. Bl. Nr. 115,

mit welchem Erhöhungen des Minimaleinkommens und der Ruhegehülfe der katholischen Seelsorger sowie des Minimaleinkommens der Dignitäre und Kanoniker bei den Metropolitan-, Kathedral- und Konkathedralkapiteln der katholischen Kirche des lateinischen, griechischen und armenischen Ritus festgestellt werden.

Mit Zustimmung der beiden Häuser des Reichsrates finde Ich anzuordnen, wie folgt:

#### Artikel I.

§ 1. Die im Schema I des Gesetzes vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, über die Dotation der katholischen Seelsorgegeistlichkeit<sup>1</sup> festgestellten Kongruabeträge werden erhöht, und zwar:

a) für selbständige Seelsorger von 1200 auf 2000 K, von 1400 auf 2200 K, von 1600 auf 2400 K, von 1800 auf 2600 K, von 2000 auf 2800 K, von 2400 auf 3000 K, von 3600 auf 4200 K.

b) für Hilfspriester von 600 auf 1200 K, von 700 auf 1300 K, von 800 auf 1400 K, von 1000 auf 1600 K.

Für Hilfspriester, welche zur Führung eines eigenen Haushaltes direktiv- oder observanzmäßig verpflichtet sind, werden die vorstehenden Ansätze außerdem um weitere 300 K erhöht.

<sup>1</sup> Kirchliches Verordnungsblatt für die Lavanter Diözese, 1898. Nr. XI. Abf. 76. SS. 155—160.

§ 2. Par. 2, Absatz 2, des Gesetzes vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, wird abgeändert und hat künftighin zu lauten:

Dieses Minimaleinkommen wird rüchftlich derjenigen systemisierten Hilfspriester, welche mit Seelsorgefunktionen an einer außerhalb des Pfarrortes befindlichen Kirche betraut sind und bei derselben ihren Amtssitz haben, dann für die als Hilfspriester systemisierten Chorvikare an Domkirchen, um 320 K erhöht.

§ 3. Par. 10, Absatz 1 und 2, des Gesetzes vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, werden abgeändert und haben künftighin zu lauten:

Die Provisoren erledigter Pfründen erhalten ihren Gehalt aus den Religionsfonds.

Derselbe richtet sich nach der Höhe der Kongrua, welche der betreffenden Pfründe nach Schema I zukommt, und beträgt bei Pfründen mit 2000 K Kongrua einhundertvierzig (140) Kronen, bei Pfründen mit 2200 K Kongrua einhundertfünfzig (150) Kronen, bei solchen mit 2400 und 2600 K Kon-

grua einhundertsechzig (170) Kronen und bei jenen mit 2800 oder mehr Kronen Kongrua einhundertneunzig (190) Kronen monatlich.

Unabhängig von ihrem Gehalte erhalten Provisoren erledigter Pfründen eine Zulage jährlicher 300 K aus den Religionsfonds.

§ 4. Schema II des Gesetzes vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, wird hinsichtlich der nach Inkrafttreten dieses Gesetzes in den Ruhestand tretenden Seelsorger wie folgt abgeändert.

**Schema II**

zur Bemessung der Ruhegehälter leistungsunfähig gewordener Seelsorger.

	Mit einer Dienstzeit in der Seelsorge od. einem anderen öffentl. kirchl. Dienste				
	bis zu 10 Jahren	von mehr als 10 bis 20 Jahren	von mehr als 20 bis 30 Jahren	von mehr als 30 bis 40 Jahren	von mehr als 40 Jahren
	K	K	K	K	K
a) für einen selbständigen Seelsorger:					
wenn die für die leztinnehabe Seelsorgestation systemisierte Kongrua betragen hat. . . . . 2000 K	1000	1100	1250	1400	1600
2200 „	1100	1200	1350	1500	1700
2400 „	1200	1300	1450	1600	1800
2600 „	1300	1400	1550	1700	1900
2800 oder mehr „	1400	1500	1650	1800	2000
b) für einen Hilfspriester . .	600	700	800	900	1000

Seelsorger, die vor Inkrafttreten dieses Gesetzes in den Ruhestand getreten sind, erhalten zu ihren bisherigen Ruhebezügen eine jährliche Zulage von 400 K aus den Religionsfonds.

§ 5. Im Falle besonderer körperlicher Gebrechen eines in den Ruhestand übernommenen Seelsorgers oder bei Vorliegen anderer rücksichtswürdiger Umstände kann der Kultusminister demselben ausnahmsweise einen höheren als den ihm gemäß des Schema II gebührenden Ruhegehalt bewilligen, jedoch nur bis zum Höchstbetrage von 2400 K.

**Artikel II.**

§ 1. Das gesetzlich festgestellte Minimaleinkommen wird für Welt- und Ordenspriester, insofern sie nach dem Gesetze vom 19. September 1898, R. G. Bl. Nr. 176, auf die Ergänzung dieses Einkommens Anspruch haben, nach dem 3. 6. 9. 12. 15. 19. 23. 27. 31. und 35. Jahre der Dienstleistung, die sie vor oder seit der Wirksamkeit dieses Gesetzes in der Seelsorge oder in einem anderen öffentlichen

kirchlichen Dienste zurückgelegt haben, um je zweihundert (200) Kronen erhöht.

§ 2. Der Anspruch auf diese Erhöhung beginnt mit dem Tage der Wirksamkeit dieses Gesetzes und künftighin mit dem ersten Tage des auf die Vollstreckung der maßgebenden Dienstzeit folgenden Monats.

Die auf Grund der vorstehenden Bestimmungen angefallene Erhöhung des Minimaleinkommens gebührt auch nach der Uebernahme in den Ruhestand als Erhöhung des gesetzlich festgestellten Ruhegenusses.

Diese Erhöhung wird, soweit sie nicht durch die mit dem geistlichen Amte ständig verbundenen Bezüge gedeckt ist, aus den Religionsfonds, beziehungsweise aus der staatlichen Dotation derselben bestritten.

§ 3. Diese Erhöhung wird für immer oder für eine bestimmte Zeit eingestellt, wenn darauf in einem ordentlichen Verfahren (§ 27 des Gesetzes vom 7. Mai 1874, R. G. Bl. Nr. 50) erkannt worden ist.

Die Rücksicht der Folgen eines solchen Erkenntnisses ist nach Einvernehmen des Diözesanbischofes zulässig.

**Artikel III.**

Den Dignitären und Residentialkanonikern des staatlich anerkannten Personalstandes der Metropolitan-, Kathedral- und Konkathedralkapitel werden die im § 1. des Gesetzes vom 7. Jänner 1894, R. G. Bl. Nr. 15, festgestellten Beträge des Minimaleinkommens erhöht und zwar: von 2400 auf 3600 K, von 2800 auf 4000 K, von 3200 auf 4400 K, von 3600 auf 4800 K, von 4000 auf 5200 K.

**Artikel IV.**

§ 1. Den in Artikel III bezeichneten kirchlichen Amtsträgern gebühren Erhöhungen des dort festgestellten Minimaleinkommens im Ausmaße und unter den Voraussetzungen des Artikels II des gegenwärtigen Gesetzes nach Maßgabe und Dauer der vor Erlangung dieses Amtes in der Seelsorge oder einem anderen öffentlichen kirchlichen Dienste vollstreckten Jahre. Für die in der Eigenschaft eines Theologieprofessors vollstreckten Jahre gebühren diese Erhöhungen jedoch mit dem Ausmaße der während einer solchen Dienstleistung angefallenen Dienstalterszulagen.

Ferner wird das gewährleistete Mindestausmaß der Bezüge solchen Amtsträgern nach je fünf vor oder seit der Wirksamkeit dieses Gesetzes im Kapitel vollstreckten Dienstjahren bis einschließlich des 25. Jahres dieser Dienstleistung um je vierhundert (400) Kronen erhöht.

§ 2. Der Anspruch auf diese Erhöhungen beginnt mit dem Tage der Wirksamkeit dieses Gesetzes und künftighin mit dem ersten Tage des auf die Vollstreckung der maßgebenden Dienstzeit folgenden Monats.

Die im § 1 vorgesehenen Erhöhungen werden, soweit sie nicht durch die mit dem geistlichen Amte ständig verbun-

denen Bezüge gedeckt sind, aus den Religionsfonds, beziehungsweise aus der staatlichen Dotation derselben bestritten.

**Artikel V.**

Der Anspruch auf die auf Grund des Gesetzes gebührenden Erhöhungen des Minimaleinkommens ist durch Einbringung des Einbekenntnisses oder bei Vorliegen eines solchen durch Anzeige geltend zu machen. Das Einbekenntnis, beziehungsweise die Anzeige ist innerhalb der Frist von zwei Monaten — von dem im Artikel III bezeichneten Amtsträgern binnen drei Monaten — vom Tage des Anfalles der Erhöhung beim Ordinariate zu überreichen.

Mit triftigen Gründen kann diese Frist erstreckt werden.

Die Erhöhung, beziehungsweise der durch die mit dem geistlichen Amte verbundenen Bezüge nicht gedeckte Teil derselben ist vom Tage ihres Anfalles an zu erkennen, wenn das Einbekenntnis (die Anzeige) innerhalb der gesetzlichen oder erstreckten Frist überreicht wurde. Im Falle ein Einbekenntnis einzubringen ist und dieses nach Ablauf der gesetzlichen oder erstreckten Frist überreicht wurde, ist die Erhöhung ganz oder teilweise vom Tage des Einlangens der Fassung bei der politischen Landesstelle an zu erkennen.

**Artikel VI.**

Dieses Gesetz tritt mit Wirksamkeit vom 1. Jänner 1918 in Kraft. Mit dem gleichen Zeitpunkt tritt das Gesetz vom 24. Februar 1907, R. G. Bl. Nr. 56, außer Wirksamkeit.

Jene Zulagen, die auf Grund der Ministerialverordnung vom 21. November 1917, R. G. Bl. Nr. 453, angefallen sind, sind mit den für die Zeit vom 1. Jänner 1918 bis 30. Juni 1918 entfallenden Teilbeträgen von den auf Grund dieses Gesetzes gebührenden Erhöhungen in Abzug zu bringen.

**Artikel VII.**

Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes ist Mein Minister für Kultus und Unterricht und Mein Finanzminister betraut.

Baden, am 28. März 1918.

**Karl m. p.**

Seidler m. p.

Cwiklinski m. p.

Wimmer m. p.

<sup>1</sup> Kirchl. Verord.-Blatt für die Savanter Diözese, 1907. Num. IV. Abf. 29. SS. 50—54.

52.

**Gesetz vom 31. März 1918, R. G. Bl. Nr. 128,**

**über die Todeserklärung von in dem gegenwärtigen Kriege Vermissten.**

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrates finde ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1. (1) Angehörige der bewaffneten Macht der österreichisch-ungarischen Monarchie oder eines mit ihr verbündeten oder befreundeten Staates, die als Teilnehmer in dem gegenwärtigen Kriege vermisst worden sind, können nicht nur unter den Voraussetzungen des § 24 a. b. G. B., sondern auch dann für tot erklärt werden, wenn seit der letzten Nachricht von ihrem Leben zwei Jahre verstrichen sind, hievon mindestens ein Jahr seit einem durch Verordnung zu bestimmenden Tage.

(2) Dasselbe gilt für Vermisste, die, ohne der bewaffneten Macht anzugehören, sich bei dieser im Felde aufgehalten haben oder ihr gefolgt sind oder in die Gewalt des Feindes geraten sind oder sich zuletzt an einem Orte des Kriegsgebietes aufhielten, an dem damals besondere Kriegsereignisse (Gefecht, Sprengung, Beschießung, Bombenwurf, Schiffsunfall, Zündschlag u. dgl.) stattfanden.

(3) Die Todeserklärung einer Person, deren Vermögen zur Sicherung des Anspruches des Staates auf Schadenersatz wegen Kriegsverrates in Beschlag genommen worden ist, kann nur unter den Voraussetzungen des § 24 a. b. G. B. ausgesprochen werden.

§ 2. (1) Das Gesuch um Todeserklärung gemäß § 1, Absatz 1 und 2, kann schon nach Verlauf eines Jahres seit Eingang der letzten Nachricht vom Leben des Vermissten angebracht werden. (2) Das Edikt kann nicht vor dem durch Verordnung bestimmten Tage (§ 1, Absatz 1) erlassen werden. (3) Sind bei der Erlassung des Edikts die im § 1, Absatz 1, bezeichneten Fristen schon verstrichen, so ist die Ediktfrist mit sechs Monaten, sonst mit einem Jahre und so zu bestimmen, daß sie nicht vor Ablauf der im § 1, Absatz 1, bezeichneten Fristen endet.

§ 3. Unbeschadet der besonderen Bestimmungen des § 2 gelten für die Todeserklärung der im gegenwärtigen Kriege Vermissten die Vorschriften des Gesetzes vom 16. Februar 1883, R. G. Bl. Nr. 20, betreffend das Verfahren zum Zwecke der Todeserklärung und der Beweisführung des Todes.

§ 4. (1) Dieses Gesetz tritt am fünfzehnten Tage nach dem Tage der Kundmachung in Wirksamkeit. (2) Mit seiner Durchführung ist Mein Justizminister betraut.

Baden, am 31. März 1918.

**Karl m. p.**

Seidler m. p.

Schaller m. p.

**Gesetz vom 31. März 1918, R. G. Bl. Nr. 129,  
über Änderungen des Gesetzes vom 16. Februar 1883, R. G. Bl. Nr. 20, betreffend das Verfahren  
zum Zwecke der Todeserklärung und der Beweisführung des Todes.**

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrates finde ich anzuordnen, wie folgt:

**Artikel I.**

Das Gesetz vom 16. Februar 1883, R. G. Bl. Nr. 20, betreffend das Verfahren zum Zwecke der Todeserklärung und der Beweisführung des Todes,<sup>1</sup> wird in folgender Weise geändert:

§ 1. Dem § 1 des Gesetzes ist als zweiter Absatz beizufügen: Die Verhandlung und Entscheidung obliegt einem vom Vorsteher des Gerichtshofes hiezu bestellten Mitgliede des Gerichtes als Einzelrichter.

§ 2. Par. 6 des Gesetzes hat zu lauten: Wird eine Todeserklärung angefordert, so hat das Gericht zur Vertretung des Abwesenden in dem Verfahren einen Kurator zu bestellen; das Gericht kann jedoch davon absehen, wenn nach den Umständen des Falles eine Vertretung des Abwesenden in dem Verfahren entbehrlich ist. Dem Kurator obliegt insbesondere, die zur Auffindung des Abwesenden geeigneten Nachforschungen zu pflegen.

§ 3. Par. 7 des Gesetzes hat zu lauten:

Erachtet das Gericht das Vorhandensein der gesetzlichen Erfordernisse der Todeserklärung als in einer für die Einleitung des weiteren Verfahrens ausreichender Weise dargetan, so hat es durch ein Edikt, in dem die wesentlichen Umstände des einzelnen Falles anzugeben sind, aufzufordern, dem Gerichte oder, wenn ein Kurator bestellt ist, diesem Nachrichten über den Abwesenden zu geben.

Zugleich ist anzukündigen, daß die Entscheidung über das Gesuch um Todeserklärung nach Ablauf eines Jahres erfolgen werde. Diese Frist ist jedoch in dem in § 5, Absatz 2, bezeichneten Falle bis zum Ablaufe der in § 24, Z. 2 und 3, a. b. G. B. bestimmten Frist auszudehnen.

Das Edikt ist an der Gerichtstafel anzuschlagen und einmal in die für amtliche Kundmachungen bestimmte Zeitung einzuschalten. Das Gericht kann anordnen, daß das Edikt auch in anderen Zeitungen veröffentlicht und an bestimmten Orten ortsüblich kundgemacht werde, sowie daß wiederholte Veröffentlichungen des Ediktes stattfinden.

Der Tag, an dem die Ediktfrist endet, ist in dem Edikt anzugeben und so zu bestimmen, daß nach der Einschaltung des Ediktes in die amtliche Zeitung mindestens ein Jahr verstreichen muß.

<sup>1</sup> Kirchl. Verordnungs-Blatt für die k. k. Länder, 1883. Num. VII. Abj. II. SS. 6—8. — Vergl. Idem, 1916 Num. VI. Abj. 48. SS. 77—79.

Für die Todeserklärung gemäß § 1 des Gesetzes vom heutigen Tage über die Todeserklärung von in dem gegenwärtigen Kriege Vermissten gelten die von den Vorschriften der Absätze 2 und 4 abweichenden besonderen Bestimmungen des § 2 des genannten Gesetzes.

§ 4. Par. 9, Absatz 2 des Gesetzes hat zu lauten: Das Gericht hat in diesem Falle einen Verteidiger des Ehebandes zu bestellen. Hierzu kann auch der nach § 6 bestellte Kurator des Abwesenden bestellt werden.

§ 5. Par. 10, Absatz 2 des Gesetzes hat zu lauten: Auf das Verfahren finden die Bestimmungen des § 1, Absatz 2, und der §§ 2 bis 4 Anwendung. — § 10, Absatz 4 des Gesetzes hat zu lauten: Gleichzeitig mit dem Erlassen des Ediktes hat das Gericht einen Kurator zu bestellen; das Gericht kann jedoch davon absehen, wenn nach den Umständen des Falles eine Vertretung des Abwesenden in dem Verfahren entbehrlich ist.

§ 6. Nach § 10 des Gesetzes ist einzuschalten: Aufhebung und Berichtigung der Todeserklärung oder der Beweisführung des Todes.

§ 10 a. Ist der Abwesende nach der Todeserklärung noch am Leben oder ist er an einem anderen Tage als an dem in der Todeserklärung angegebenen vermuteten Todestage (§ 8) gestorben, so kann der für tot Erklärte oder wer sonst an der Aufhebung oder Berichtigung der Todeserklärung ein rechtliches Interesse hat, ferner in Wahrung öffentlicher Interessen die Finanzprokurator bei dem Gerichte, das die Todeserklärung in erster Instanz ausgesprochen hat, die Aufhebung oder Berichtigung der Todeserklärung beantragen.

Das Gericht (§ 1, Absatz 2) entscheidet über den Antrag unter Beobachtung der Vorschriften der §§ 2 und 3 durch Beschluß. Die Aufhebung oder Berichtigung der Todeserklärung wirkt für und gegen alle Beteiligten.

§ 10 b. Wenn der für tot Erklärte persönlich vor Gericht erscheint und die Aufhebung der Todeserklärung verlangt, so hat das Gericht, falls die Identität des Antragstellers mit dem für tot Erklärten unzweifelhaft feststeht, ohne weiteres Verfahren die Aufhebung der Todeserklärung auszusprechen.

In unmittelbarem Anschlusse daran ist durch das für die Verlassenschaftsabhandlung zuständige Gericht die Wiedereinführung des Antragstellers in den Besitz des auf Grund der Todeserklärung an andere Personen gelangten Vermögens unter Berücksichtigung der Vorschrift des § 2, Z. 7 des Patentges vom 9. August 1854, R. G. Bl. Nr. 208, im Verfahren außer Streitsachen zu ordnen.

Ebenso hat das Gericht zu veranlassen, daß die etwa eingesezte Vormundschaft über Kinder des für tot Erklärten aufgehoben und diesem die väterliche Gewalt wiedergegeben werde.

§ 10 c. Die Bestimmungen der §§ 10 a und 10 b sind sinngemäß anzuwenden, wenn ein Abwesender nach der Entscheidung, mittels der der Beweis seines Todes als hergestellt erkannt worden ist, noch am Leben ist oder an einem anderen Tage, als der nach der Entscheidung als Todestag zu gelten hat (§ 10), gestorben ist.

#### Artikel II.

Dieses Gesetz tritt am fünfzehnten Tage nach dem Tage der Kundmachung in Kraft.

Es findet auch auf ein Verfahren Anwendung, das an diesem Tage bereits anhängig ist. Die Aufhebung oder Berichtigung einer Todeserklärung oder der Beweisführung des Todes nach Artikel I, § 6 ist zulässig, auch wenn die Todeserklärung oder die Entscheidung über die Beweisführung des Todes an diesem Tage bereits rechtskräftig war.

Mit der Durchführung dieses Gesetzes ist Mein Justizminister betraut.

Baden, am 31. März 1918.

Karl m. p.

Seidler m. p.

Schauer m. p.

54.

### St. Petrus Claver-Sodalität.

Ueber Ersuchen der Frau Gräfin Maria Theresia Ledóchowska, Generalleiterin der St. Petrus Claver-Sodalität für die afrikanischen Missionen in Salzburg, vom 9. April 1918 wird diesem Verordnungsblatte der Prospekt über das religiöse Institut der genannten Sodalität angeschlossen. Der Prospekt, worin der Zweck, die Tätigkeit und die Bedeutung

des Institutes für das Missionswesen, sowie die Bedingungen der Aufnahme in dasselbe dargelegt werden, wird den hochwürdigen Herren Seelsorgepriestern zur eigenen Beachtung und zur gelegentlichen Aufklärung der in Betracht kommenden Personen anempfohlen.

55.

### Diözesan-Nachrichten.

**Invektiert** wurde Herr Josef Potočnik, I. Kaplan zu St. Michael bei Schönstein, auf die Pfarre St. Barbara bei Würzburg (1. Mai 1918).

**Bestellt** wurde als Mitprovisor zu St. Geist in Loče Herr Martin Ziekar, Pfarrer zu St. Bartholomäus bei Loče.

**Krankheitshalber beurlaubt** wurde Herr Stefan Belšak, gew. Provisor zu St. Barbara bei Würzburg.

**Gestorben** ist Herr Franz Kosel, Pfarrer zu St. Geist in Loče, am 29. April 1918 im 50. Lebensjahre.

**Unbesetzt** ist geblieben der I. Kaplansposten zu St. Michael bei Schönstein.

## F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg.

am 5. Mai 1918.

† Michael,

Fürstbischof.